TIT. XV.

UNDE LEGITIMI[1], ET UNDE COGNATI[2].

De consobrinis.

1. Imp. ALEXAND. A. Ulpio.

CONsobrinorum [3] tuorum intestatorum bona, si ad prioris necessitudinis neminem jure pertinuerint: tu, qui eorum possessionem agnovisti, persequi non prohiberis. Dat. 3. Id. August. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

De propiore sobrino.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Zenoni.

CUm propiorem [4] sobrinum (id est, natum [a] consobrina) retus humanis intestatum defunctum proponas: intelligis sine [5] auxilio bonorum possessionis ejus te successionem vindicare non posse. Dat. 7. Kalend. Jun. *Laodiceæ*, AA. CONSS.

De nepotibus avi materni.

3. Iidem AA. & CC. Felici.

NEpotibus [6] avi materni pro virili [7] portione etiam jure honorario successio defertur. Dat. Idib. Octobr. *Sirmii*, CC. CONSS.

Probatio debet esse de necessario concludentibus.

4. Iidem AA. Syriftæ.

NOn [8] hoc, an tenuerit quis res hereditarias, necne, [sine voluntate adquirendæ sibi hereditatis,] quærendum est: sed an admiserit [9] hereditatem, vel bonorum possessionem. Dat. 11. Kal. Jan. *Sirmii*, CC. CONSS.

De cognatis.

5. Iidem AA. Platoni.

CErtum quidem est, cognationis jure citra [10] admissionem bonorum possessionis neminem posse succedere: defuncti vero cognati succedere nolentes, bonorum possessionem petere non [11] urgentur. Dat. 12. Kal. Mart. *Sirmii*, CC. CONSS.

TIT. XVI.

DE SUCCESSORIO[12] EDICTO.

1. Imp. ALEXAND. A. Juliano.

SI mater [13] tua propter furorem suum patrui [14] sui bonorum possessionem non accepit: tu filius ejus ad eorumdem bonorum patrui magni possessionem ex Edicto, quo prioribus [15] non petentibus, sequentibus [16] permittitur, admissus es. PP. 3. Id. Decemb. MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIMIAN. AA. Firmo.

SI aviæ eorum frater, de quorum successione agitur, velut [17] ex testamento adiit hereditatem, quos intestatos decessisse, ac falsum testamentum prolatum contendis: & ab intestato non petita bonorum possessione, vita functus est: ac tu, licet quinto [18] gradu constitutus, ex successorio capite petitæ bonorum possessionem, vel necdum exclusus petas: eorum successionem potes vindicare. Nam si [19] is quem quarto gradu constitutum [esse] non ambigitur, ex Edicto petiit, nec hoc te latuit: frustra nobis supplicatis. Dat. 6. Id. April. *Sirmii*, CC. CONSS.

TIT. XVII.

DE[20] CARBONIANO[21] EDICTO.

1. Iidem AA. & CC. Floræ.

SI tibi ac filio tuo ab his contra quos supplicas, status movetur quæstio: perspicis præmature rerum quas velut de patris successione filius tuus vindicat, restitutionem postulari: cum si in pupillari [22] permaneat ætate, secundum formam Edicti Carboniani data bonorum possessione [23], satisdatione impleta, tunc demum in possessionem eum constituti conveniat: vel hac non [24] oblata, portionem ab omnibus, quam vindicat, possideri: servitutis [25] vero quæstionem in tempus pubertatis differri. Dat. 12. Kalend. Novemb. *Sirmii*, CC. CONSS.

Ex summaria cognitione perveniturr ad Carbonianum. Bald.

2. Imppp. THEOD. [26] ARCAD. & HONOR. AAA. ad Rufinum P. P.

CArbonianum edictum sub [27] personis legitimis [ex] indubitato matrimonio custodito [28] partu, & probata legitima successione, defertur: scilicet ut in possessione novus heres constitutus [29], usque [30] ad pubertatis annos, sine inquietudine rebus utatur interdum alienis. Dat. 3. Kalend. Octobr. THEOD. A. III. & HABUNDANTIO CONSS. 393.

TIT. XVIII.

UNDE[31] VIR ET UXOR.

1. Impp. THEOD. & VALENT. AA. Hierio P. P.

MAritus & uxor ab intestato invicem sibi in solidum [32] pro antiquo jure [33] succedant, quoties [34] deficit omnis parentum, liberorumve, seu propinquorum legitima vel naturalis successio, fisco [35] exclusu. Dat. 12. Kal. Mart. HIERIO & ARDABURIO CONSS. 427.

In AUTHENT. de exhibend. & introduc. reis. §. quoniam vero. in fin. col. 5. tit. 8. al. 6. & col. 8. tit. 18. al. 13. ut lic. matri & aviæ. §. quia vero 2. Novell. 117. cap. 5.

Præterea si matrimonium sit absque dote, conjunx autem præmorietur locuples sit: superstes vero laboret inopia: succedat una cum liberis communibus alterutrius matrimonii in quartam, si tres sint, vel pauciores. Quod si plures sint, in virilem portionem: ut tamen ejusdem matrimonii liberis proprietatem servet, si extiterint; his vero non extantibus, vel si nullos habuerit, potiettur etiam dominio, & imputabitur legatum in talem portionem.

TIT. XIX.

DE REPUDIANDA[36] BONORUM POSSESSIONE.

1. Impp. DIOCLETIAN. & MAXIMIAN. AA. Theodosiano.

EMancipatus, repudiata bonorum possessione, absentiæ [37] patroni causæ velamento rursus ad eandem redire quæstionem frustra conatur. Sine dio & Consule.

2. Iidem AA. & CC. Theodoro.

FIlio delatam bonorum possessionem, patri ad fraudem filii repudiare [38] non licet. Dat. 6. Kal. Decembr. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

TIT. XX.

DE[39] COLLATIONIBUS[40].

De eo, quod pater filio emancipato donavit.

1. Imp. ALEXAND. A. Deuteriæ.

EMancipatos liberos testamento [41] heredes scriptos, & ex eo successionem obtinentes, a patre donata fratribus conferre non oportere, si pater, ut hoc fiat, supremis judiciis non cavit, manifesti juris est. PP. 3. Id. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Si pater ut conferatur caverit, vel non.

In AUTHENT. de trien. & semiss. & §. illud quoque bene. col. 3. tit. 5. Novell. 18. cap. 6.

EX *testamento, & ab intestato cessat dotis, & aliorum datorum collatio, ita demum* [42] *si parens hoc designavit* [43] *expressim: aliis, quæ de collatione dicta sunt, suum robur obtinentibus.*

De dote.

2. Idem A. Primo.

SI pater intestatus decesserit relictis duobus filiis, & filia cujus nomine dotem promiserat [44]: portiones hereditatis æquæ sunt, & dos nihilominus ita conferenda est, ut pro portionibus fratres ejus a necessitate præstandæ ejus [dotis] liberentur. Dat. 3. Id. September. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

---

1 Dixi ad *Lib.* 38. *D.* 7. 2 Dixi ad *L.* 38. *ff.* 8. 3 Consobrinis datur bonorum possessio. *L.* 6. *§. comm. de successionib.* Goth. Qui sint consobrini vid. *L.* 10. *§.* 8. *verf. eodem gradu. ff. de gradib.* Anf. 4 Propiori consobrino, id est, nato a consobrina datur bonorum possessio. Propior sobrino quis? dixi ad *L.* 10. *§.* 16. *ff. de gradib. §. l. uli. J. h. t.* 6 *§.* 6. *Inst. de hereditib. instit.* 9. 1. *Inst. de servil. cognat. Novell.* 118. *cap.* 1. *in fin.* 7 *L.* 11. *§. famil. erciscund.* 8 Heres non continuo dicendus est, qui bona hereditaria possidet, dixi ad *l.* 1. *de reput. vel abstin. hered. l.* 20. *ff. de adq. vel omitt. hered.* 9 *l.* 5. *J. h. t.* Admittimus hereditatem, & bonorum possessionem sola animi demonstratione. *L.* 6. *J. de jure deliber.* 10 *l.* 2. *l.* 4. *J. h. t.* 11 Invitis bonorum possessio non defertur. *L.* 3. *§.* 3. *ff. de bon. possess.*

12 Dixi ad *L.* 38. *D.* 9. 13 *L.* 2. *in fin. ff. ad SC. Tertull.* 14 Et ita recte legitur in vulgata Halvandri editione, & a veteribus, ut Accursio & Baldo: perperam in nova editione Parisiensi legitur *Patris*; nam qui matri patruus, mihi patruus magnus est. *L.* 10. *§.* 15. *verf. patruus. ff. de gradib.* 15 Vis hæc est successorii edicti. *L.* 2. *ff. h. t.* 16 Filius locum matris furiosæ repræsentat. 17 Si pupillus non agnovit bonorum possessionem ut debuit, frequens admittitur per successorium edictum. 18 In quinto etiam gradu successorio edicto locus est. 19 Quartus gradus quintum excludit.

20 Dixi ad *L.* 37. *D.* 10. adde 4. *Cod. Theod.* 3. 21 Carboniano is impubes juvatur cui status quæstio movetur. 22 Ex Carboniano edicto differtur status quæstio impuberi mota. 23 Impubes præstita cautione constituitur bonorum possessor. 24 Si impubes non latisdat, solus non possidet. *L.* 1. *§.* 11. *ff. h. t.* 25 Valentinianus, Theodosius & Arcadius AAA. Rufino PP. *l. un. Cod. Theod. h. t.* 26 Valentinianus, 27 Locus est corruptus, quem ita restituo, *sub personis legitimis exclusis partis, & indubitato matrimonio probata legitima successione &c.* Hac restitutione admissa, facilis sunt omnia: legitimus porro personas intelligo, de quibus *lex* 1. *§.* 10. *ff. de injic. ventr.* Ex indubitato autem matrimonio legitimam successionem deferri, *argumente est lex* 9. *supr. de nupt. lex* 6. *ff. de lis qui sunt jur.* 28 *l.* 2. *§.* 2. *ff. h. t.*

31 Dixi ad *L.* 38. *D.* 11. adde Ulpian. 15. 16. 32 Vid. Ulpian. *tit.* 16. *de solidi capacit.* 32 Lege Papia decimaria Thalelæus *lib.* 43. *Βασιλικῶν tit.* 5. & male. Nam lex Papia decimaria ad testati tantum successionem pertinet. *l.* 2. *J. de inofficiand. pan. cacitib.* Jus antiquum hic a Tribuniano dictur, habita ratione constitutionis novæ, latæ ab iisdem imperatoribus a quibus & hæc lata est, cujus meminere in *l. ult. Cod. Theod. de legitim. hered.* quæ non liberis nisi filiis; sed parentibus aut propinquis extantibus conjuges ad certam partem: nullis autem extantibus, in solidum ab intestato invitabat. Vid. Cujac. 3. *observ.* 12. 34 Alias eli extraneus uxoris. *§. 3. verf. quorum bonor.* nisi conjunx qui superstes est, inops fuerit, defunctus vero locuples. *Novell.* 53. *cap.* 6. *Novell.* 117. *cap.* 5. 35 Et ita in *d. l. ult. C. Theod. de legitim. hered. Sic nostro jure matrimonii propinmus.*

36 Περὶ τῶν παρατιμώντων τὴν τῶν ὑπαχθόντων διαδοχήν. 40. *Edog.* §. 37 In repudianda bonorum possessione non requiritur præsentia advocati. *l.* 4 *fupr. de postulando*: in causa fisci requiritur. *l.* 7. *ff. de jure fisci.* hoc etiam addendum, Propter absentiam advocati durat dilatio. *l.* 15. *in fin. l.* 23. *in fin. ff. ex quib. caus. major.* 38 *l. ult. verf. sanciimus. J. de bon. que liber.*

39 De hac materia extat tractatus Saporis Tolosani: eundemque in exegesin redegit Petrus Stella Aurelianus. *Mod.* 40 Bonorum fcilicet inter liberos, parentibus mortuis, faciendis. Dixi ad *L.* 37. *D.* 6. adde *Novell.* 18. *cap.* 6. *Novell.* 97. *cap.* 6. 41 Olim inftituebili conferebant, *ut hic. & l.* 7. *infr. h. t. l.* 1. *§.* 6. *ff. h. t. l. uli. §. commun. utrisque jud.* nifi collationem præcipifset teftator, *ut hic, & d. l.* 7. *l.* 8. *ff. de dot. collat.* hodie emancipati emancipatis, ac fuis & e contra fui fuis, & emancipatis profectitiis & adventitiorum ultro collationem conferunt, nifi teftator collationem prohibuerit. *d. l.* 8. *ff. h. t. l. uli. §. proxima. & Novell.* 18. *cap.* 6. Idem ab intestato jus eft. Eo enim cafu liberi conferunt, nifi teftator collationem prohibuerit. *l.* 39. *§.* 1. *ff. familia.* Poffis interea mirari, non agi hic fimpliciter de donatis emancipato, fed de reliis teftamento donatis emancipato. *Goth.* Ad fingulas leges hujus tit. vid. Guid. & Purpurat. *Anf.* Collationis materiam vid. apud Vitri. Nem: uli. & noviff. Arnold. Vinn. *tract. de collat.* & Marc. Anton. de Amato *in reperit. l.* 3 *emancipati.* 9. *infr. h. t.* S. L.

42 Id eft, vetuit. 43 Dos a patre filiæ promifia, nec folura, confertur. *l.* 1. *§.* 8. *ff. de dot. collat.* fed per hæreditatem. *d. l.* 1. *§.* 8. Id eft, liberandi funt fratres, five forores a promiffione pro fua parte: liberandi funt coheredes pro rata: eft & illud obiter notandum, non hic agi fimpliciter de dote, fed de dote promifia a patre.

3. Idem

---

3. Idem A. Alexandro.

PActum [1] dotali [2] inftrumento comprehenfum [3], *Ut* [4] *contenta dote* [5], *quæ in matrimonio collocabatur, nullum* [6] *ad bona paterna* [7] *regreffum haberet*: juris auctoritate improbatur, nec inteftato patri [8] fuccedere [9] filia [10] ea ratione prohibetur. † Dotem fane quam accepit, fratribus qui in poteftate manferunt, conferre [11] debet. Dat. 14. Kalend. Jul. AGRICOLA, & CLEMENTINO CONSS. 231.

4. Imp. GORDIANUS A. Marino.

FIliæ [12] dotem [13] in medium ita demum conferre coguntur, fi vel ab inteftato fuccedant, vel contra tabulas petant: nec dubium eft profectitiam, feu adventitiam [14] dotem a patre datam vel conftitutam, fratribus qui [15] in poteftate fuerunt conferendam effe. His etenim qui in familia defuncti [16] non funt, profectitiam tantummodo dotem poft varias prudentium opiniones conferri placuit. PP. 4. Idib. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

Dos data confertur conftante matrimonio, minus accipiendo de portione hereditatis. Bald.

5. Idem A. Alexandro [17].

DOtis quidem petitio [18] perfeverante matrimonio tibi non competebat: quamvis enim ea [19] inteftato patre defuncto, fratri conferre debueras; non [20] tamen eo nomine adverfus maritum tibi actio potuit effe: cum eo minus [21] [in] partem tibi delatæ fucceffionis patris auferre potueris. Dat. Non. Septemb. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

In AUTHENT. de æqualitate dotis. §. illud quoque. col. 7. tit. 9. al. 8. Novell. 97. cap. 6.

QUod locum habet *five* [22] *pars viri fit idonea, five mulieri poffit imputari, quare marito ad inopiam vergente ex lege Juftiniani etiam conftante matrimonio non exegerit dotem. Quod ei licet, cum & fui juris fit, & legitimæ ætatis, & cum mater obtulerit dotem, & pater ei confentiat agenti. His ceffantibus, folam actionem (licet tiarem) conferens, partem ex hereditate feret: hoc, cum dos parva fit. Sed dotem magnam quæ conferri fperatur, invito etiam patre filia exigere poteft. Hæc obfervantur, ubicunque collationis ratio emergit, etiamfi avita fit fucceffio.*

Quæ conferat emancipatus.

6. Idem A. Claudio.

EA [23] demum ab emancipatis fratribus his, qui remanferunt in [24] poteftate, conferri confueverunt, quæ in bonis eorum fuerunt [25] eo tempore [26] quo pater fati munus implevit [27]: exceptis [his] videlicet, quæ ab ipfis aliis debentur [28]. Dat. 7. Kal. Maji, PEREGRINO & ÆMILIANO CONSS. 245.

1 Vid. *c. Harm.* 8. §. 10. & 90. 2 Pone dotatam filiam ftatuto excludi patris fucceffione? mafculo extante excludetur: puto aliis filiabus non dotatis exiftentibus idem effe. Quid fi mafculus non extabit, aut effe deficrit? fi, dum extabit mafculus, excluía eft, eo mortuo non confebitur excluía: fi fimpliciter excluía, femper excluíam effe exiftimant interpretes. Bart. *in l. uli. ff. ad SC. Treb.* fi modo filius heres femel fuerit, licet poftea deficiat, vel noluerit, aut effe non poterit. Vid. Capell. Tholof. *dec.* 459. 3 Quid fi renunciatio bonorum paternorum, non ipfi patri, fed uni fratrum, vel extraneo, favore: non fratrum facta fuerit? an ei fibi uni facta eft, an & aliis eius coheredibus prodeat? Et rationem aliis prodeffe quidam cenfent (quod & Romanus *conful.* 8. amplectitur, Dynnm & Baldum fequutus) & eo quidem magis, fi jurata hujusmodi renunciatio fuerit. Putant enim animæ interitum aeque verfari in juramento fratri, & extraneo non fervato, ac fi ipfi patri juratum edixt. *c. quamvis.* 2. *de pactis. in c.* Imo eo magis renunciationem ejusmodi juratam fcilicet fratri vel extraneo fervandam effe, quo metus reverentiæ paternæ in ea ceffavit, hoc eft, quod patris metus non intervenerit. Capell. Tholof. *decif.* 488. *& ibid. Anaft.* Verum placet mihi magis fententia Raphaelis in *l. ftipulatio ifta.* 38. *ff. de verb. oblig.* exiftimantis decretalem illam in *d. c. quamvis.* effe rem eft & exorbitantem, ut ex ea caufa extendi extra propriam facti fpeciem non debeat. Porro illam facti fpeciem referri ad renunciationem patri factam a filia: non effe igitur extendendam ad renunciationem fratri, vel extraneo factam. *arg. cap. quæ ajure.* 28. *de reg. in 6.* Pone filiam paternæ hereditati renunciaffe? Caftrenfis cenfet *conful.* 311. cum renunciationem tantum prodeffe ejus fratri, non forori, de quo tamen dubitari poffe cenfeo. 4 Pactum ut filia contenta fit dote, exteriique bonis renuntiet, jure civili non valet, *ut hic. l.* 31. *§.* 1. *fupr. de inoffic. t. uli. ff. de fatis.* 94. *ff. de adq. vel omitt. hered.* nifi forte dos data legitimæ portioni fatis fit ac fufficiat. *arg. l. ult. §. fupr. de inoffic. t. l.* 1. *§.* 3. *ff. fi quis a parente manumiff.* Sed moribus noftris hæc conventio recepta eft. Pap. 16. *Arreft.* 4. *§.* 2. *& lib.* 20. *Arrefl.* 2. *§.* 1. dixi ad *l.* 15. *fupr. de pactis.* præfertim fi filia jurata renuntiet. hujusmodi quoque renunciatio valet jure Canonico. *c. quamvis. de pactis*, in 6. quod caput propre pertinet ad renunciationem juratam, non ad pactum juratum promiffis ftipulani hereditatis. Pactum fuccedendi, feu de fuccedendo juratum, quo quis nobis ftipulantibus hereditatem fuam promittit, jure civili non obtinet (hoc enim pacti genere, libera teftamenti facho promittenti tollitur. *l. pactum.* 15. *l. de pactis.*) conftitutione Leonis valet. *Novell. Leonis* 19. Contra pactum de non fuccedendo jure civili non valet, *ut hic. l. fi quando.* 31. *§.* 1. *fupr. de inoffic. t. uli. ff. de fatis.* jure Canonico vero fi juratum fit. *c. quamvis*: adde Gutil. Pap. *dec.* 146. 192. 222. *Rote. caph.* 62. Cap. Tholof. *dec.* 456. Rotam *decif.* 850. Pap. 6. *Arr.* 4. Quid fi bene ficii civilis filia a notario monita non fuerit? Papon. *d.* 6. 2. refert, in Gallia quæ fcripto jure utitur, filiam eo cafu non reftitui. Sed tamen jus Canonicum civili in hac hypothefi præferri non oportere, Hotomanus multis probat *conf.* 22. Ratio poteft effe: quod jusmodi pactum, vel renunciatio jus naturæ impugnet primum. Deinde multis caffibus jusjurandum non confirmat ea quæ geruntur, verbi gratia, cuntio non numerato pecunia: juramento confirmari non poteft. *l. uli. fupr. de non numerata*: fed nec ex falfis inftrumentis tranfactio. *l. pen. fupr. de tranfact. l. uli. ff. ad municip.* Quid fi quæ renunciavit filia, vivo patre mortua eft? Bart. *in l.* 94. *ff. de adq. vel omitt. hered.* Baldus hic & Rosandus a Valle *t. conf.* 1. *num.* 4. communem, ut ait, opinionem fequutus & æquitatem negat tali renunciatione præjudicium fieri nepotibus. *l.* 10. *in fin. ff. de bon. libert. l. ff. fi unus fin. de manumiff.* cum fucceffio avita nepotibus debeatur, non ex paterna, fed legis & edicti providentia, ut a patre filia fui liberis auferri non poffit. *arg. l. fi adrogator.* 22. *§.* 1. *ff. ad adopt.* Moveretur quod ejusmodi renunciatio tradatur conditionem habere, *Si fuccefferit ab inteftato*: & confequenter nulla ilia conditione defcitente, renunciatio pro non facta fit habenda. *l.* 14. *in fin. ff. de novat.* facit *l.* 64. *fupr. de inoffic.* ut hinc conftet, parentes, vel pacifcendo, vel etiam renunciando, jus repræfentationis, liberis aliqua ano adquirendum, eis auferre non poffe: alias hujusmodi renunciatio propter natos tantum libcros non revocatur ex *l.* 5. *infr. de revoc.* Roland. a Val. *d. num.* 17. 27 Profectitia. *l.* 17. *infr. h. t.* 6 Patium de hereditate amittenda vel non fuccedendo jure civili non valet. vide tamen Socinum *reg.* 280. Quid fi pactum fictum eft in ipfo matrimonii contractu, ut filia æqualiter cum fratribus fuccedat, vel primogenitus ex eo matrimonio nafciturus in omnibus bonis fuccedat? Pactum jure civili non valet: pactis enim hereditas non datur. *l. hereditas.* 5. *fupr. de pact. convent.* Ibi tam teftamenti facultatem auferret promittenti contra *l. ex eo.* 4. *infr. de inutil. ftipul. l. fi ex pollicitatione. ad modo emenda.* 61. *ff. de verb. oblig. l. cum donationis.* 34. *fupr. de tranfact. l. uli. ff. de fatis. l.* 1. *fupr. de facrofanctis. eccleſ.* votum etiam inducit captandæ mortis ejus qui promittit, ut fubftitere ex caufa non debeat. *l. de fideicommiffa.* 8. *in fupr. de tranfact. cap. nec captande.* 3. *c. de fponfalib. & defponſand. & de emancip. proh.* 26 proinde nec juramentum. *c. cap. non eſt obligatorium.* 58. *de reg. jur. in 6.* nec ftatim vel confuetudine confirmari poteft: nam quod pacto fieri non poteft, neque ftatuto poteft fieri. Imola *in l. cum Artemidorum.* 4. *infr. ut in poſſeſſ. legat. in l.* 2. *infr. qua pr. longa conſuetudo.* ut in hac fpecie libertas ultimæ voluntatis potenior fit dote & fucceffione. Verum confuetudine jam recepta hujusmodi conventio valet inter nobiles. Capella Tholofana *decif.* 452. valet Leonis jure ut filius ex æque fit heres, *Novell.* 19. Valet jure fouduum pactum tale, ut ne filii nati ex eo matrimonio fuccedant: aut ne in majori parte fuccedant, quam quæ data fuerit. *c. filius. fi de feudo defuncti contento fit. c. unic. de filiis natis ex matrimonio ad morganaticam contracto.* Pone hujusmodi pactum initum, poteftne pater in eo renitere? poteft: quia poft tempus mortis referitur. vide plura apud Capellam Tholofanam *decif.* 463. 7 Quibus bona poffea a patre quæftus comprehendi negant Dynus & Baldus *argum. l.* 1. *ff. ut fupnum. appar.* Idem Baldus negat filiam tali renunciatione jus ex teftamento patris fuccedendi remittere, hoc eft, quæ juratæ renunciat filia in hac fpecie, licet fuccefforii ab inteftato renunciet, non tamen renunciat jure fuccedendi patri, ex teftamento: ne hoc renunciationis genere liberi teftamenti facho precipitatur. Bart. *l. ult. fupr. de pactis*: Capella Tholof. *decif.* 456. 8 Quid? filia renuncians bonis paternis: fraternis num etiam renunciat? Finge filiam ab hujusmodi renunciationem patri non fecififfe? Fone patris hereditatem ad fratres filiæ renunciantis delaram. Pone rurfus unum ex fratribus ejus mortuum: queri poteft an fuperior hita fratri ita mortuo cum reliquis defuncti fratribus fuccedat, ut fuperior renunciatio in eum obftet? Non obftat. Cur? una cafu facta renunciatio, renunciationem in alio non inducit. *l. fi damus.* 24. *ff. de fervit. urb. l. fi quis fuus.* 8. *ff. de jure delib. l.* 1. *§. Sed videndum.* 11. *ff. de fponſal. eccleſ.* Igitur facta eum in modum patri renunciatio, fratri facta non intelligitur. Vis enim & effectus unius contractus ad alium, quam qui expreffus eft, non extenditur. *l. fi ita ftipulatus.* 126. §. *Chryſogonus.* 2. *ff. de verb. obl. l. ad probat. fupr. de probat.* vide Guid. Pap. *decif.* 191. 211. & Capell. Tholof. *decif.* 447. Romæus *conſil.* 168. 9 Non fini legitimæ, hoc eft non ut fimpliciter nudam legitimam ejusve fupplementum petat, fed in univerfum. Quid fi teftatus fit pater? ad folam legitimam ejusve fupplementum erit filiæ adito. *argum. l.* 8. §. 15. *ff. h. t. fupr. de inoffic. teſtam.* 10 Multo minus & ejus liberi prohibentur. 11 An idem, fi filius renunciavit hereditati paternæ propter expenfas ftudiorum caufa factas? Baldus hic negat, nifi filius juramento renunciaverit. *Goth.* vid. Cocalum *Conſil. conſil.* 22. Guttum *part.* 2. *refol. c.* 50. Berolum *conſil.* 45. Mod. 12 Non modo fue, fed etiam emancipatæ. Nam omnes liberi five fui non fint five in poteftate, dotem conferunt: fui fuis & emancipatis: emancipati fuis & emancipatis. vid. *l.* 17. *infr. h. t.* 13 Quid donatio propter nuptias? confertur quoque: eft enim quædam veluti dos & *Ἀντίδωρον. Novell.* 18. *cap.* 6. Quid donatio fimplex? vid. *l. penult. infr. h. t.* 14 Dos adventitia confertur, *ut hic. & l.* 8. *§. ff. de dot. collat.* hodie non confertur, *l. uli. infr. h. t.* utique hodie fola profectitia dos confertur, ita & adventitiorum ufusfructus. *l. uli.* 15 Vide quæ dixi ad *l.* 7. *infr. h. t.* 16 Vid. *d. l.* 17. 17 Hal. Alexandræ, ut aliquanter mulierem. 18 *Adl. patria.* male. nam mos fequitur actio. 19 *Legendum videtur*, eam. 20 *l.* 9. *fupr. de rei vind. l.* 7. *fupr. fubuto. l.* 20. *ff. famil.* 21 Liberi acceptum (de promiffa vid. *l.* 2. *fupr. h. t.*) dotem conferunt, vel re ipfa, id eft, vera diviftione. *l.* 8. §. 11. *ff. h. t.* vel cautione collationis. *l.* 1. §. 9. *ff. h. t. l.* 20. *ff. familiæ*: vel cautione defentionis. 4 2. *fupr. eodem.* vel tanto minus accipiendo ex parentum bonis, *ut hic. & Novell.* 97. *cap.* 6. Galli, *Reporter, ou manu grande.* *l.* 1 §. 20. *ff. h. t.* 22 §. Harmenop. §. §. 25.

Reporter, ou manu grande. *l.* 1 §. 20. *ff. h. t.* 22 §. Harmenop. §. §. 25.

23 §. Harmenop. §. §. 33. 24 Id eft, fuis. 25 Et ita profectitia & adventitia. Hodie hoc immutatum eft. *l. uli. infr. h. t.* 26 *l.* 13. *l.* 15. *infr. l.* 1. §. 17. *ff. h. t. l. uli. fupr. ff. ut omiff. de Uſipian.* 28. §. *emancipatis.* 4. vid. Cujac. 3. *obſerv. vet.* 34. ubi oftenditmomentum mortis five morientis, vitæ potius, quam mortis tribui. 27 Quid fi quid poftea adquifierint? non conferent. *c.* Harmenop. 8. §. 23. adde *l.* 15. 28 Id eft, deducto ære alieno. *l.* 2. §. 1. *ff. h. t.* 29 Filia fuccedens ex teftamento, dotem olim non conferebat, nifi teftator juffiffet: hodie confert, nifi teftator expreffim collationem prohibuerit. *Novell.* 18. *cap.* 6. dixi ad *l. uli. fupr. h. t.* adde *l. un. ff. in fin. fupr. de rei uxor.* 30 Falfit coheredem, qui cum eo hereditatem dividit, nec a patre accepta confert. 31 Collatio omiffa condici potefi. *l.* 2. *in fin. ff. fam.* 32 Sive diviño familiæ fit præfente arbitro, *ut hic*; five abfente, *ut fupr. h. t.* omiffa collatio condicitur. vid *d. l.* 36. *in fin.* 33 Emancipatus non confert, *ut hic*; fuo confert, fi ipfe ab inteftato fuccedat. *l. h. t.* patrus emancipato non confert, *ut hic. fupr. h. t.* 34 Vid. *l. 6. fupr. h. t. l.* 9. *ff. h. t. l.* 1. §. *fin. ff. de compendiis. cum emancip. libertis.* 35 Legatum. Liberi peculio non conferunt, vid. *l.* 16. *infr. h. t. l.* 4. *ff. de dot. collat.* 36 Extero jure a patre filiæ capti, quod ut extranea, non ut filia accipit. 37 Poftumus fit collatio, etiam ab emancipato. *l. uli. ff. h. t.* 38 Non confert denique actiones hereditariæ. *l.* 14. *infr. h. t.* 39 Solis nuptiis liberi non folvuntur patris parcllæ. *l. infr. de emancip. infert. l.* 7. *fupr. de nupt.* §. *fecundæ. fupr. de Cc. Tertull. l.* 1. *infr. de bon. que lib.* Atque ita mulier fub dotum fecunda. *fupr. de Cc. Tertull.* & marito. Marito adquirit ex operis diurnis: patri eft poteftate, patris nimirum & maritis. Marito adquirit ex operis diurnis: patri vero ufumfructum conservent bonorum. *l.* 4. *infr. de bon. que lib.* 40 Sacra paterna & in fartis paternis effe, conftitui, retineri, manere vel ab his omitti, adimi, divi pieciffime ad *l.* 10. §. 1. *infr. de adopt. & ad l. uli. infr. ad SC. Tertull.* abfolvi, divi pieciffime ad *l.* 10. §. 1. *infr. de adopt. & ad l. uli. infr. ad SC. Tertull.* 41 Filiæ dotes conferunt: aliquin denegatur eis ad hereditatem paternam actio. adde *l.* 3. *fupr. h. t.*

familia

familia constitutis, actiones [1] hereditarias denegari non ambigitur. Unde consulte ac pro juris ratione collationem fratribus tuis quos in patris communis mortis tempore fuisse potestate proponis, offeres. Cum autem fratres tui durantes in familia patris, peculium [2] (si hoc neque castrense [3], neque relictum [4] eis doceatur) præcipuum habere non possint, sed in divisionem paternæ veniat hereditatis, nec quicquam mutet, penes quem res ex hoc proficiscentes, & in eadem causa durantes, constitutæ reperiantur, absoluti manifestius juris est. Dat. 11. Kal. Febr. *Sirmii*, CC. CONSS.

De quæsitis post vel ante mortem patris.

13. Iidem AA. & CC. Antistiæ.

SI donatione tibi post [5] mortem patris fundum quæsiti, soror [tua] portionem ejus vindicare non poterit. Nam si is filiæfamilias constitutæ [6] tibi a patre donatus est: cum sorore patri communi succedens [7], eum præcipuum [8] habere contra jura postulas. Dat. 6. Id. Februar. *Sirmii*, iisdemque CC. CONSS.

De hereditibus.

14. Iidem AA. & CC. Stratonicæ.

SI maritus quondam [tuus] ab intestato patri suo heres [9] extitit, & ei posthumus [10] a te editus successit, actiones hereditarias amitæ [11] filii vestri, quas habuit patris sui mortis tempore, dotem non conferenti, denegare Præses non dubitabit. PP. 7. Kal. Mart. *Trimontii*, TUSCO & ANULINO CONSS. 295.

De emancipatis.

15. Iidem AA. & CC. Philippo.

NEc [12] emancipati [13] post mortem communis patris quæsita conferre coguntur: sed hæc retinentes, ejus bona pro hereditaria dividunt portione. Datum Idib. Decemb. ipsis CC. CONSS. 297.

De codicillis.

16. Iidem AA. & CC. Socrati.

FIlliam cum fratribus suis coheredibus intestato patri succedentem, ultra [14] relictum codicillis [15] non conferentem dotem, judicio familiæ ercisundæ nihil posse consequi, summa cum ratione placuit. Dat. 5. Kal. Januar. ipsis CC. CONSS. 297.

De dote & ante nuptias donatione.

17. Imp. LEO A. Erythrio P. P.

UT liberis, tam masculini quam fœminini sexus, sive sui juris [16], sive in potestate constitutis, quocunque jure intestatæ successionis, id est, aut testamento penitus non condito, aut si factum fuerit contra tabulas bonorum possessione petita, vel inofficiosi querela [17] mota rescisso, æqua [18] lance parique modo prospici possit, hoc etiam æquitatis studio præsenti lege credidimus inferendum, ut [19] in dividendis rebus ab intestato [20] defunctorum parentum, tam dos [21], quam ante nuptias donatio [22] conferatur, quam [23] pater, vel mater, avus, vel avia, proavus, vel proavia, paternus, vel maternus dederit, vel promiserit pro filio, vel filia, nepote, vel nepte, pronepote, vel pronepte, nulla [24] discretione intercedente, utrum in ipsas sponsas pro liberis suis memorati parentes donationem contulerint, an in ipsos sponsos earum, ut per eos [25] eadem in sponsas donatio celebretur: ut in dividendis rebus ab intestato [defuncti] parentis, cujus [26] de hereditate agitur, eadem dos, vel ante nuptias donatio ex substantia ejus profecta conferatur: emancipatis [27] videlicet liberis utriusque sexus, pro [28] tenore præcedentium legum [ea] quæ in ipsa emancipatione [a parentibus suis] (ut adsolet [29] fieri) consequuntur, vel post [30] emancipationem ab eisdem parentibus acquisierint, collaturis. Dat. 5. Kal. Mart. BUSÆO & JOANNE CONSS. 467.

De emancipatis, vel alio modo sui juris effectis.

18. Imp. ANASTASIUS A. Constantino P. P.

IBeros [31], qui per nostræ legis auctoritatem per oblationem precum [32] & imperiale rescriptum, sui juris effecti fuerint, ad similitudinem cæterorum qui emancipati ex antiquo [33] jure sunt, collationes facere jubemus [34] compelli secundum ea, quæ super cæteris emancipatis statuta sunt. Dat. 12. Kal. August. *Constantinop.* PROBO & AVIENO juniore CONSS. 502.

De dote, & ante nuptias donatione.

19. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

ILlam merito dubitationem amputare duximus, quæ super collatione dotis, vel ante nuptias donationis, inter certas personas satis jam ventilata est. Nam si intestatus quis defunctus esset, filio, vel filiis, [aut] filia, vel filiabus relictis, & ex mortua filia [vel filiis] cujuscumque sexus, aut numeri [35] nepotibus: vel si qua intestata defuncta esset, filio quidem, vel filiis, filia vel filiabus similiter relictis, ex mortuo vero filio, vel filia itidem nepotibus cujuscumque sexus aut numeri: de modo quidem successionis minime dubitabatur, sed palam erat quod hujusmodi nepotes duas [36] partes paternæ, vel maternæ portionis tantum haberent, tertiam partem patruis suis, vel avunculis, vel amitis, vel materteris, pro jam posita constitutione concedentes: de collatione vero dotis, vel ante nuptias donationis quam defuncta persona pro filio, vel filia superstitibus, & pro mortuo vel mortua filio vel filia dedisset, multa dubitatio orta est: superstitibus quidem filiis defunctæ personæ non debere se dotem, vel ante nuptias donationem pro se datam a suo patre, vel matre, conferre filiis mortui fratris [sui,] vel mortuæ sororis suæ contendentibus, eo quod nulla constitutio super hujusmodi collatione posita esset: nepotibus vero mortuæ personæ non de collatione vero dotis, vel ante nuptias donationis quam defuncta persona pro filio, vel filia superstitibus, & pro mortuo vel mortua filio vel filia dedisset, multa dubitatio orta est: superstitibus quidem filiis defunctæ personæ non debere se dotem, vel ante nuptias donationem pro se datam a suo patre, vel matre, conferre filiis mortui fratris [sui,] vel mortuæ sororis suæ contendentibus, eo quod nulla constitutio super hujusmodi collatione posita esset: nepotibus vero mortuæ personæ non tantum huic resistentibus, sed etiam adferentibus, quod onus collationis constitutione Arcadii & Honorii [37] divæ memoriæ sibi impositum, in personis tantummodo suorum avunculorum, non etiam patruorum, vel amitarum, vel materterarum locum habere posset. Talem igitur subtilem dubitationem amputantes, præcipimus tam filios, vel filias defunctæ personæ dotem [38], vel ante nuptias donationem a parentibus suis filio datam conferre nepotibus [39], vel neptibus mortuæ personæ; quam eosdem nepotes [40], vel neptes patruis suis, aut avunculis, amitis etiam & materteris dotem, vel ante nuptias donationem patris sui, vel matris, quam pro eo, vel ea mortua persona dedit, similiter conferre: ut commixtis [41] hujusmodi collationibus cum bonis mortuæ personæ, duas [42] quidem [partes] nepotes, vel neptes habeant illius portionis quæ patri, vel matri eorum, si superesset, deferebatur: tertiam vero eiusdem portionis partem una cum [sibi] competentibus portionibus filii, vel filiæ defunctæ personæ, cujus de hereditate agitur, capiant. Dat. Kal. Jun. *Constantinop.* D. N. JUSTINIANO A. PP. II. CONS. 528.

In AUTHENT. de trien. & se. §. neque illo. col. 3. tit. 5. Nov. 18. cap 4.

QUæ tertiæ portionis diminutio correctionem novo jure capit, ad aequalitatis justitiam redacta in omnibus talibus personis.

De his quæ imputantur in quartam. 1. De dote, & ante nuptias donatione.

20. Idem A. Mennæ P. P.

ILlud sine ratione a quibusdam in dubietatem deductum, plana sanctione revelamus: ut omnia [43] quæ in quartam portionem ab intestato successionis [44] computantur his, qui ad actionem de inofficioso testamento vocantur: etiam si intestatus is decesserit, ad cujus hereditatem veniunt, omnimodo coheredibus suis conferant. Quod tam in aliis, quam in his quæ occasione militiæ [45] uni heredum ex defuncti pecuniis acquisitæ lucratur is, qui militiam meruit, locum habebit: ut lucrum quod tempore mortis defuncti ad eum pervenire poterat, non solum testamento condito quartæ parti ab intestato successionis computetur, sed etiam ab intestato conferatur. Hæc autem regula, ut omnia quæ portioni quartæ computantur, etiam ab intestato conferantur: minime e [46] contrario tenebit, ut possit quis dicere etiam illa quæ conferuntur omnimodo in quartam partem his computari qui ad inofficiosi querelam vocantur. Ea enim tantummodo ex his quæ conferuntur, memoratæ portioni computabuntur, pro quibus specialiter, legibus, ut hoc fieret, expressum est. §. 1. Ad hæc cum ante nuptias donatio [47], vel dos a patre data, vel matre, vel aliis parentibus pro filio, vel filia, nepote, vel nepte, cæterisque [48] descendentibus conferatur: si unus, vel una liberorum ante nuptias tantummodo donationem, vel dotem, non etiam simplicem [49] donationem acceperit, vel acceperit, alter vero, vel altera neque dotem, neque donationem ante nuptias a parente suo suscepit, vel susceperit; sed simplicem tantummodo donationem: ne ex eo injustum [50] aliquid oriatur, [ti] ea quidem persona quæ ante nuptias donationem, vel dotem suscepit, conferre eam o-genda [sit]: illa vero quæ simplicem tantummodo donationem meruit, ad collationem ejus minime coarctanda est: si quid hujusmodi accidere, jubemus ad [51] similitudinem ejus [52], qui ante nuptias donationem, vel dotem conferre cogitur, etiam illam personam quæ nulla dote, vel ante nuptias donatione data, solam simplicem donationem a parentibus suis accepit, conferre eam: nec [53] recusare collationem [ex] [54] eo quod simplex donatio non aliter conferatur, nisi hujusmodi legem donator tempore donationis fuse indulgentiæ imposuerit. Dat. 8. Id. August. *Constantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

[1] *l. 11. in fin. supr. h. t.* [2] Peculium profectitium collationi obnoxium. [3] Peculium castrense non confertur. *l. 21. in fin. infr. h. t. l. 3. infr. de castrensi peculio.* [4] Peculium a patre legatum non confertur. *l. 65.* [5] *l. ff. de res. cred. l. 38. vers. adeo ut ff. pratægatum. ff. de cond. indeb.* [6] Patre mortuo aliquntia liberi sui non conferent, *ut hic*: sed nec emancipati. *l. 15. infr. vid. l. 6. in fin. supr. h. t.* [7] Sui liberi res a patre inter vivos acceptas conferunt. [8] Sine patri non succedens, donationem a patre factam non confert. [9] Sui ab intestato donationem simplicem conferunt, *ut hic*, ex testamento instituti præcipuam habent. *l. 18. supr. famil.* & ita utramque legem conciliat Cujacius 3. *obs.* 39. [10] Qui petende collationis transit ad heredem. [11] Etiam posthumus fit collatio facit *l. 11. §. 1. ff. h. t.* [12] Amitæ fratrum filiis conferre debent. *l. 19. ff. h. t.* [13] Vid. Harmenop. 8. §. 33. [14] Id est, & emancipati. *ut hic*: & sui *l. 13. supr. h. t.* res post mortem patris quæsitas non conferunt. *l. 6. ff. h. t.* [15] Hoc innuit, Filias ab intestato succedentes etsi cætera conferant, relicta tamen in codicillis non conferre. [16] *l. 10. supr. h. t.* [17] Omnes liberi, sive sui juris sint, sive in potestate, profectitiam a parentibus dotem vel donationem propter nuptias inter se conferunt. *l. 4. §. ult. h. t.* [18] Æqualitas inter fratres servanda. vid. *l. 4. supr. commun. divid.* [19] Adde 5. Harmenop. 8. §. 36. [20] Vide Cujac. 17. *obs.* 3. [21] Dos profectitia conferri debet. [22] Donatio propter nuptias a parentibus profecta conferenda. *l. 29. §. de inofficios.* an & id quod studiorum causa a patre impensum est? non confertur, nisi credendi animo pater erogaverit, quod in dubio præsumitur. *l. 50. ff. familiæ.* Alciat. 1. *præsumpt.* 7. [23] Profectitia quæ, vid. *l. 4. §. ult. h. t. l. 9. §. 1. ff. de dot. coll.* [24] Nihil interest ipsos sponsi nomine an sponsæ ipsorum nomine donetur. [25] Forte legendum, *ut per eadem in ipsos donatio celebretur.* [26] In collationibus bonorum non confideranter extraneæ dotes, & donationes propter nuptias. [27] Profectitia ante vel post emancipationem quæsita, emancipati conferunt. [28] Correctio feu murratio legum non perfumitur. dixi ad *l. 32. infr. de appellat.* [29] Solet pater in emancipatio filio aliquid donare. *l. ult. J. de emancip. lib.* [30] *l. 8. §. 1. de bonis proscript. l. 37. in fin. ff. de negot.* [31] Profectitia post emancipationem conferunt emancipati. Profectitia, id est, res donatas a patre: & ita simplex etiam profectitia donatio conferitur. vid. *l. 20. J. h. t.* [32] Pars legis 11. *J. de legitim. hered. l. pen. J. de emancip. liber.* Omnium enim harum legum una inscriptio & subscriptio. [33] Filii emancipati ex rescripto principis, reservato jure legitimarum hereditatum (quod genus emancipationis introduxit Anastasius *l. pen. J. de emancipat.* auctor hujus legis) vocantur ad legitimam hereditatem patris cum fratribus in familia retentis: sic tamen ut bona propria conferant. vid. Cuj. 18. *obs.* 15. [34] Id est, solemnibus veterum ashibitis ex legibus 12. tab. vid. *l. ult. J. de emancip.* [35] Vide *l. 4. C. h. t. l. 8. h. t.* Herbib. *per quotidianam.* 49. 5. Guid. Pap. & Purpur. *Anf.* Adde DD. & allegat. in centur. Sorenli nostra *lib. 3. cap. 13.* 18. *cap. 4. l. 4. C. Th. de legitim. hered. §. 15. Inst. de hered. qua ab intest.* vide Novell. 5. *C. Theod. de legitim. hered.* [36] *l. 9. ff. de suis. §. 15. Inst. de hered. qua ab intest.* [37] *l. neptes. l. ult. §. h. t. l. 20. J.* [38] Dos & donatio propter nuptias conferuntur. [39] Patrui, & amitæ, avunculi & materteræ dotes, & donationes propter nuptias liberis fratrum sororumve conferunt. *l. 14. §. h. t.* [40] Neptes & neptes, suis patruis, avunculis, amitis & materteris dotem, & donationem propter nuptias conferunt. [41] Collatione fit commixtio. [42] Hodie id abrogatum. *Novell. 18 cap. 4.* [43] Quicumque in legitimam imputari solent, eadem ab intestato conferri debent. [44] Quam habiturus esset ab intestato. [45] Militi conferitur, adde *l. unicumodo. 30. §. imputari. §. de inofficiofo.* Imo non conferre. *l. 8. §. 16. ff. de collat.* [46] Quæ conferri testamento legitimæ imputantur, ab intestato conferuntur, at non e contra. Nam quæ conferuntur ab intestato in legitimam, facio testamento non imputantur, nisi id expresse cautum reperiatur. [47] Dos & donatio propter nuptias profectitia conferitur. [48] *l. 19. in fin. §. h. t.* [49] De donationis simplicis collatione, vide *infr. eodem.* [50] Si quis dotem vel donationem propter nuptias profectitiam habet, eam simplici donatario confert: viciffim justum fuerit, ut simplex donationem donationem simplicem eidem conferat. [51] Ut dos & donatio propter nuptias confertur, ita & simplex donatio: dicamus aperties, quemadmodum coheres donationem profectitiam confert, ita & simplicem. [52] Lex distinguit liberorum conditionem: profectitia conferre. [53] Simplex donatarius, etiam invitus, ad collationem cogitur. [54] Nota, veniam argumentum donatarii: Ne dicat itaque cum interpretibus, Donatarium Nam si fallitur hic donatarius, cum ita colligit: Ideo fe ad collationem non teneri, quia lex collationis ei dicta non fuerit, *ut hic*: E contrario colligo, Donatarium a collatione facienda prius non excusari, quam expressim collatio ei remissa fit.

De

Tit. XXI. De testamento militis.

De peculio adventitio.

21. Idem A. Joanni P. P.

UT nemini [1] de cætero super collatione dubietas oriatur: necessarium duximus constitutioni [2], quam jam favore liberorum fecimus, hoc addere: ut [3] res quas parentibus acquirendas esse prohibuimus [4], nec collationi post obitum eorum inter liberos subjaceant. Ut enim castrense [5] peculium in commune conferre in hereditate dividenda, & ex prisci juris auctoritate minime cogebantur: ita & alias res quæ [6] minime parentibus acquiruntur, proprias [liberis] manere censemus. Dat. 15. Kal. Novemb. LAMPADIO & ORESTE VV. CC. CONSS. anno 2. 530.

TIT. XXI.
DE TESTAMENTO MILITIS [7].

De milite pro parte testato, pro parte intestato.

1. Imp. ANTONINUS A. Floro militi.

FRater tuus miles si te specialiter in bonis, quæ in paganico [8] habebat [9], heredem fecit: bona, quæ in castris reliquit, petere non [10] potes, etiamsi is qui eorum heres institutus est, adire [11] ea noluerit, sed ab intestato succedentes veniunt: modo si in ejus locum substitutus non es, & liquido probetur fratrem tuum castrensia bona ad te pertinere nolusse. Nam voluntas [12] militis [in expeditione occupati] pro jure [13] servatur. Accepta 5. Id. Septemb. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

2. Idem A. Septimo militi.

MIles si castrensium tantummodo [14] bonorum commilitonem suum instituit heredem: cætera bona ejus, ut intestati defuncti, mater ejus jure possidebit. Quod si extraneum scripsit heredem [15], isque adiit hereditatem: bona ejus in te transferri non jure desideras. PP. 11. Kal. Mart. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Utrum testamentum valeat jure communi, an jure militari.

3. Idem A. Vindiciano.

QUamquam militum testamenta juris [16] vinculis non subjiciantur, cum propter simplicitatem [17] militarem, quomodo [18] velint, & quomodo possint, ea facere his concedatur: tamen in Valeriani quondam centurionis testamento institutio etiam jure [19] communi accepit auctoritatem. Nam [20] cum paterfamilias filiam ex duabus uncis, uxorem ex uncia heredes scripserit, nec de reliduis portionibus quicquam significaverit: in tres partes divisisse eum apparet hereditatem, ut duas habeat, quæ sextantem accepit, tertiam, quæ ex uncia heres est instituta. PP. Kal. Novemb. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

De manumissione.

4. Imp. ALEXANDER A. Junio.

SI Rufinus, Vir Clarissimus Tribunus [24], laticlavius [22] major annis [lege] definitis [23] faciens testamentum, te manumisit: justam libertatem competisse, scire debes. Quod si minor annis ex lege constitutus fuerit, cum faceret testamentum: lege impediente nullam libertatem adeptus es, quæ in hac parte nec [24] militibus remissa est. Quod si idem testator causam manumittendi te habuit, quæ probabilis vivo manumittente consilio futura [25] esset: quia per fideicommissum data libertas a quolibet minore annis ei, cujus causa [26] probari potuit, præstari debet: ex testamento militis hujusmodi servis justam libertatem competere consequens est. Dat. 16. Kal. Decemb. ALEXANDRO A. CONS. 224.

Qui ex testamento militis capere possunt.

5. Idem A. Sozomeno.

EX testamento militis, sive adhuc in militia, sive intra [27] annum missus honeste decesserit, hereditas & legata omnibus quibus relicta sunt, debentur: quia inter cætera quæ militibus concessa sunt, rum [28] arbitrium, quibus velint, relinquendi supremis [judicis] concessum est: nisi [29] lex specialiter eos prohibuerit. Dat. 17. Kal. Februar. JULIANO II. & CRISPINO CC. CONSS. 225.

De substitutione.

6. Idem A. Valentino.

IN testamento quidem ejus qui non [30] miles fuit, si duobus heredibus institutis, altero [31] cui [32] potuit usque ad tempus pubertatis parens facere testamentum, altero [33] cui posteaquam heres extitit, substituere non potuit, invicem substitutio eisdem verbis facta est: in eum solum casum eam locum habere sententiis prudentium virorum, & constitutionibus Divorum parentum [34] meorum placet, quo utrique pari ratione potuit substitui. Sed cum ex testamento militis controversiam esse proponas, defuncta parvula ejus filia, posteaquam heres extitit patri, cum qua simul æquis partibus heres institutus eras, substitutione invicem [35] facta: & mater quidem intestatæ filiæ sibi succesionem defendat, tu autem ex substitutione ad te pertinere contendas, juris quidem ratio manifesta est, licere militibus proprio privilegio etiam heredibus extraneis [36], posteaquam [37] heredes extiterint, mortuis substituere: Sed tibi probandum est, an ita frater tuus senserit. PP. 11. Kal. Maji, FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

De verbis, Fortunato liberto meo do, lego.

7. Idem A. Fortunato.

EX his verbis, *Fortunato liberto meo do, lego*, vindicare tibi libertatem non potes, si pagani [38] testamentum proponatur. At enim cum testatorem militem [39] fuisse proponas: si non errore [40] ductus libertum [te] crediderit, sed dandæ libertatis animum habuerit: libertatem equidem directam competere tibi, sed & legati vindicationem habere te prærogativa militaris privilegii præstat [41]. Dat. 12. Kalend. Januar. ALEXANDRO A. II. & MARCELLO CONSS. 227.

De institutione ad tempus.

8. Imp. GORDIANUS A. Æterno militi.

CErti juris est, militem [42] ad [43] tempus etiam heredem instituere posse. PP. 3. Kal. Octob. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De præteritione.

9. Idem A. Valerio.

SIcut certi juris est militem qui scit [44] se filium habere, aliosque scripsit heredes, tacite [45] eum exheredare intelligi: ita si ignorans [46] se filium habere, alios scribat heredes, non obesse filio ademptam hereditatem, sed minime valente testamento, si sit in potestate, eum ad successionem venire in dubiis non habetur. PP. 5. Non. Octob. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

Postbumus vel jam natus a milite ignorante prætaritus, ab intestato ei succedit: eo sciente, habetur pro exheredato. Salic.

10. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS [47] C. Justino militi.

SI cum vel in utero haberetur filia insscio patre [48] milite, ab eo præterita sit: vel cum in rebus humanis [49] eam non esse falso [50] rumore perlato pater putavit, nullam ejus [in] testamento fecit mentionem, silentium hujusmodi exheredationis [51] notam nequaquam infligit. Is autem miles qui testamento *filiam* [52] *suam* appellavit, eique legatum dedit: non instituendo eam heredem, exheredavit. PP. 12. Kalend. Jun. PRÆSENTE, & ALBINO CONSS. 247.

[1] Ad intellectum hujus *l.* vid. Fachin. *lib. 6. contr. c. 85.* Guid. Pap. *b. l.* Anf. Adde Cujac. *obs. 3. 28. & 30. cap. 30.* Menoch. *de arbitr. judic. lib. 2. c. 127. §. 1.* [2] *l. 6. J. de bon. qua lib.* [3] Collationi non sunt obnoxiæ res quæ parentibus per liberos non adquiruntur, quæ autem sint ille quæ parentibus non adquirantur per liberos, v. *J. titul. de bonis, quæ liberis in potestate patris constitutis, ex matrimonio vel aliter adquiruntur. & eorum administratione.* [4] *l. 6. l. 7. §. 1. de bon. qua lib.* [5] Castrense peculium non confertur. *l. 12. §. h. t. l. 1. §. 15. ff. h. t. l. 3. J. de castr. pecul. vers. Hinc colligo* Hinc colligo adventitia non conferri, ut ita abrogetur lex 4. *supr. h. t. l. 1. §. 7. ff. de dot. coll.* nam adventitiorum annus usufructus parentibus adquiritur. *l. 6. J. de bon. qua lib. §. 1. Inst. per quas person. cuiquc.*

[6] Dixi ad *Lib. 29. D. 1.* adde 35. *Echg. 21. fol. 26.* [7] Paganicis hic opponuntur castrenſia. [8] Et ita heredi instituto in paganicis non adcrescunt bona militaria defuncti; videntur enim quodammodo duæ duorum hominum hereditates. *l. 17. §. 1. ff. h. t.* Hinc vere heredi militarium bonorum non adeunte, pars eorum ad heredes ab intestato militis defertur: Ut ita pro parte testatus, pro parte intestatus mortuus fuisse videatur. *l. 6. ff. h. t.* [9] Adire bona. Symmachus *in epist.* Aditione bonorum succellit. Lucianus καὶ ἐφάπτεται τῆς οὐσίας: & ita quoque dicimus, Adire hereditatis institutionem, nomen, testamentum. Vide Cuiac. 7. *obs.* 18. [10] *l. 6. in fin. l. 14. §. h. t. l. 1.* [11] Si modo de eo constet. *l. 24. l. 25. in fin. ff. h. t.* [12] Institutio facta in castrenſibus ad te paganos non trahit. *l. 6. l. 11. l. 12. ff. h. t.* [13] Similiter, nam institutio simpliciter facta comprehendit omnia. [14] Militis testamenta militum non subjiciuntur. [15] Simplicitas militaris, *ut hic*: armatæ militiæ. *l. 1. §. de juris & facti ignorant.* imperitia. *l. 40. ff. de administ. & peric. tutor. in Agricola. Credunt plerique militaribus cognitis subtilitatem deesse, quia castrenſes jurisdictio jecuria & attalpar. ac plura enarra agens, calidissimum seri non exercet.* adde *l. pen. J. ad leg. Corn. de falsis.* [16] Miles quomodo velit & potest, testatur, *ut hic*, & *l. 15. J. h. t.* prius scribtii: alterum necessitatis est. [17] An privilegiatus testamentum faciens præsumatur in dubio potius uti jure communi, quam speciali, vide Alciatum 3. *præsumpt.* 36. [18] Miles filiam ex duabus uncis: uxorem ex uncia nuncupavit heredes, nec de reliduis novem uncis quidquam dispositit: Quæritur cui cedant reliquæ novem uncie? Jure communi paganorum receptum est, ut eo casu tertiator videatur filiam instituisse ex duabus partibus hereditatis, uxorem ex tertia. *l. 13. §. 2. l. 47. §. 1. ff. de testam. mil. §. Instit. de hereditat. inst.* ergo & miles. Nam testamentum militis, quoad ejus fieri debet, latiori ratione recti sermonis ad jus commune reducitur. *Bald. & institutio per quotam tribitur ad omnia bona. Balde.* [19] Horatius 1. *Sermonum 6. Numero deprisum ridetur, scripsit tribunum.* [20] Laticlavi. *Hal.* Tribunorum alii laticlavii, alii angusticlavii, Senatores omnes laticlavii, equites angusticlavii, ut merito hæc læparentur in *l. 42. ff. de donat. inter vir.* latum clavum imprimere, vel ignitris ordinis fieri. De lato & angusto clavo dixi ad *d. l. 42.* latum est aliosqui quod Accursius & Baldus hic negantur de clava ferrea a tribunis medios inter boves fixa projici solita, ut ad eam hostilius eripiendam, sed & eos in fugam vertendos militesque inde accendendos. [21] Id est, major annis viginti. [22] Minor annis viginti. *l. 1. §. 1. J. a §. 18. ff. de fideicommiss. libert.* quantumvis miles sit, fervum testamento manumittere non potest. *l. 29. §. 1. ff. h. t. l. 3. ff. de manumiss. testament.* nisi causa cognita. *J. eod.* habeur ergo potior ratio legis prohibentis minorem manumittere, quam privilegii militibus quidvis permittentis. [23] Quod inter vivos causa cognita fieri potest, idem & testamento fieri conceditur. [24] Quod inter vivos causa *l. 11. 12. 13. 14. ff. de manumiss. vindi.* [25] *l. 21. l. 26. l. 38. ff. h. t. l. 40. l. 92. ff. ad l. Falc.* [26] *l. 1. §. h. t.* [27] Exempla prohibitionum vid. *in l. 13. §. 3. l. 41. §. 1. ff. h. t. l. ult. supr. de hæreticis. l. 7. §. 1. ff. de legat. 3.* [28] Paganus filium impuberem, & fratrem impuberem heredes instituit, eosque invicem substituit? mortuo impubere succedet impubes. [29] Puta filio vel filiæ, cui parentes possunt substituere pupillariter. [30] Vide *Inst. de pupillari substitut.* [31] Antonini. *l. 4. §. 2. ff. de vulgari.* Parentes autem vocat quos habuit imperii arcesso res. [32] Miles filium impuberem & fratrem impuberem instituit, eos invicem substituit, mortuus intra pubertatem filia, mater filiæ patruo eius præferetur, nisi patruus probaverit testatoris voluntatem mutatam fuisse: ut etiam in pupillarem casum valeat substitutio: Alius reciproca substitutio facta diverte conditionis vel ætatis hæres, valet tantum in vulgari casu. *d. §. 2. l. 7. de impub. & aliis.* vid. Cujac. 17. *obs.* 26. adde *l. 39. l. 41. ff. de vulgari.* [33] *l. 1. l. 28. in fin. l. 41. §. 1. ff. de vulgari.* [34] *l. 4. §. 2. ff. de vulgari.* [35] Si modo de eo constet. *l. 24. l. 25. in fin. ff. h. t.* [36] Institutio facta in castrenſibus ad te paganos non trahit. *l. 6. l. 11. l. 12. ff. h. t.* [37] Similiter, nam institutio simpliciter facta comprehendit omnia. [38] Paganus fervum, sive legatum adscripsit, manumissile non videtur, *ut hic*, & *l. 65. ff. de heredit. instit.* aliud in milite. *infr. h. t.* [39] Miles fervum cui scienter ut libertum legatum adscripsit, manumissile videtur, *ut hic*, & *l. 40. §. 1. ff. h. t.* die aperties, Si miles fervum suum scienter libertum nuncupaverit, eique legatum adscripserit, manumittit. *Novell. 78. cap. 4. vers. Si enim.* paganus non manumittit. *l. 2. infr. de noxalibus. l. 65. ff. de hered. instit.* Quid si paganus sub appellatione liberorum, servos heredes instituerit? manumittit. *d. l. 2.* Plus igitur in institutione est, quam in legato. [40] Excidit sæpe nobis falsa demonstratio in herede instituendo. *l. 33. ff. de conditionibus & demonstrat.* [41] Confitar. [42] Aliud in pagano. *l. 34. ff. de hered. instit.* [43] *l. 15. §. 4. l. 19. in fin. l. 41. ff. h. t.* [44] *l. 10. J. h. t. l. 36. §. 2. ff. h. t. l. 16. §. 5. ff. de testam. tut.* [45] Militis id est facta a milite præteritio, exheredatio est. *l. 47. in fin. ff. de bon. libert.* miles non cogitur filium nominatim exheredare. Miles silentio exheredat. *l. 12. ff. de bon. libert. §. 6. Inst. de exhered. liber.* [46] Militis, quoad ejus fieri debet, latiori ratione recti sermonis ad jus commune reducitur. *Bald. & institutio per quotam tribitur ad omnia bona. Balde.* [47] *Al.* Gordianus. [48] Vid. *l. 9. supr. h. t.* [49] Mortuus non est in rebus humanis: mortuus, homo esse desinit. [50] Quid si sciens nullum filiæ in testamento mentionem fecit? patris silentium habebitur pro exheredatione. adde *§. pen. Instit. de exhered. liberorum.* [51] Qui a patre exheredatur, quali notatur. Exheredatio species injuriæ est. Ex ea tamen causa filius non fit infamis. dixi ad *l. 13. supr. ex. quib. caus. infam.* [52] Quem miles non exheredat, instituit: quem non instituit, exheredat. Miles autem filium heredem non instituit, si filium tantum appellavit, aut si eidem ut filio tantum legavit. Paganus si filio legaverit, nec instituerit, non censetur filium exheredasse. *l. 30. in princip. l. 36. supr. de inofficiosis.*